

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH FL II 3-7

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-47126>

Bruno Amorbachius Basileiensis candido lectori s.d.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Non clam me est candide lector, Commētarios in Prouerbia Solomonis, quibus pri-
mum in hoc tomo locum dedimus, Hieronymi non esse: nam id uel hinc deprehen-
ditur, quod tota dicendi figura, ab Hieronymiana dictione, modis omnibus diffi-
det. Quin Gregorius semel atq; iterum in hoc ope citatur. Vetustissimi quidam codices in mē-
brana scripti, Bedæ uindicabant. Certe cuius cuius sint, Hieronymi non esse, ipsi clamant. Sed
enim ob id potissimum non omittendos censuimus, ne lector queri possit in hac nostra æditio-
ne, pauciora sibi data, q̃ in Veneta habebantur. Porro commētarios in Ecclesiasten, secūdo po-
suimus loco, qui ex ipsissima Hieronymi prodierunt officina, id quod uel mediocris peritiæ le-
ctor, ex dicendi charactere, nisi plane Acarnanius bos sit, olfacere facile potest. Sunt enim
terfi, eruditi, excussi, non barbarie scribiginosi, aut inepte loquaces, & ociosi. Explicant my-
steria, sed acutissime doctissimeq; lungunt allegorias, sed conuenientissimas. Neq; id mi-
rū, quandoquidem, sic fuit linguarū auxilijs instructus Hieronymus, ut latinos om-
nes superaret, Græcis nō inferior. Quoties igitur aliquid scripturus erat, He-
bræorum exemplaria, & græcorū potissimum commentarios inspexit:
sed quod intelligeret, hoc linguarum peritiæ debebat. Vtinam &
nostræ ætatis theologi, discerēt linguā Græcā, qua se carere de-
plorat Augustinus, & Hebraicā qua nō est alia uel san-
ctior, uel ad intelligenda pphetarū sensa magis ne-
cessaria. Ceterū de Homilijs quatuor in Can-
tica canticorū, quas e uolumine episto-
larū in hunc tomū retulimus, sint.

Origenis necne, nolo in
præsentia disputare,
certe multa sunt,
quæ eas lati-
ni homi-
nis esse,
nō Græci, cō-
proben. Illud ausim
affirmare, etiamsi Græci hoīs
sint, Hieronymum non uertisse. Po-
stremo de cōmentarijs in Iob, quos antiquis-
simus codex e bibliotheca sancti Galli huc allatus, Hie-
ronymo tribuebat, idem mihi dicere licet, quod Erasmus no-
ster, de Pandectis Iustiniani, qdā loco scribit, uidelicet centones
esse & inæquales Glossariorū rhapsodias. Quod si quispiam iudicio
nostro nō accedit suo fruatur. Nos lectorem admonēdum duximus. Do-
cti itaq; bene consulant. Bene uale candide lector, Basileæ. Nonis Martijs.
Anno. M.D.XVI.